

uice aeternae. Ne discedas à me, quoniã tribulatio proxima est, Non est in agro meo, nõ in  
 auro, non in pecore, non in tectis atq; parietibus, non in meorum orbitatibus, sed in car-  
 ne mea est cui copulor, cui cõnector, cuius sensum nõ habere non possum, unde me de pro-  
 ximo urget, ut à patiẽtiã uirtute deficiã: nõ discedas à me, quoniã nõ est qui adiuuet, neque  
 amicus neq; propinquus, neq; humana laus, neq; praterita recordatio uoluptatis, neq; ali-  
 quid eorũ quo terrenae felicitatis ruina fulciã, neq; ipsa quae in animo est meo humana uir-  
 tus, qã si tu deseris, quae hominis uirtus? Quid est enim homo nisi q; memor es eius? *Caput 14*  
 cõdederũt me uitali multi, hoc est minores in plebe. Tauri pingues obsederũt me, hoc est  
 superbi ac diuites principes plebis aperuerunt in me os suũ, clamantes, Crucifige crucifige,  
 Quasi leo rapiẽs & rugiẽs rapuerunt eũ, cõprehensum adducentes ad praesidem, & rugierũt *Luce 23.*  
 petendo eius mortem. Sicut aqua effusus sum, tanq; in me lapsi caderent persecutores mei,  
 Dispersa sunt omnia ossa mea. Quid sunt ossa nisi corporis firmamẽta, corpus autẽ Christi  
 ecclesia? Firmamenta ergo ecclesiae qui, nisi apostoli, qui etiã colũnae alibi nũcupant? Hi uti  
 q; dispersi sunt cũ ad passionẽ ipse duceretur, uel cũ esset passus & mortuus. Factũ est ergo  
 cor meũ tanq; cera liquefcens in medio uentris mei. Hoc sanẽ quemadmodũ capiti nostro  
 ipsius corporis saluatori coaptetur, inuenire difficile est. Neq; enim nisi magno pauore con-  
 tingit, ut cor uelut cera liquefcet humanũ, quod unde in illo heri posset, qui potestãtẽ habe *Ioan. 10*  
 bat ponendi & recipiendi animã suã? Sed profecto aut infirmorũ suorũ in se transtulit cau-  
 sam, uel illorũ qui metu mortis pauescunt, sicut ipse Petrus ex egregio praesumptore tã cre-  
 ber negator effectus, siue illorũ qui tristitia salubri cõtabescunt, sicut idẽ ipse Petrus cũ ama-  
 re fleuit. Nã tristitia quasi soluit cor, Vnde dicitur etiã graece λύω q; hinc appellata sit λύω *λύω*  
 Aut certe profundum sacramentum nos intelligere uoluit, ut cordis sui nomine significaret  
 scripturas suas, ubi eius utiq; latebat consiliũ, quod tunc apertũ est, cum ea quae de illo pro-  
 phetata fuerunt, passus impleuit. Solutae sunt ergo scripturae eius in his quae perfecta sunt  
 aduẽtu eius, natiuitate, passione, resurrectione, glorificatione. Quis em̃ iã ea nõ intelligit in p-  
 phetis, quãdo usq; ad intellectũ etiã carnalis multitudinis puenerũt, quã fortasse significa-  
 uit in medio uentris sui, ut in eius corpore qd est ecclesia quasi uentris locũ habeat carnalis &  
 infirmior multitudo? Aut si uentris nomẽ magis interioribus cõpetit, ad eos potius pfectio-  
 re scripturarũ intellectũ ptinere mõstratũ est, cũ cor eius, id est scripturae eius quae cõtinet cõ-  
 silium eius, in medio eorũ, hoc est in cogitatione eorũ tanq; cera dissoluit, hoc est feruore spũs *Ca. 19*  
 aperit, disputat, exponit. Et aruit uelut testa uirtus mea. Testa igne firmata est, sic &  
 uirtus corporis Christi nõ sicut scõnũ igne consumit, sed sicut testa passioẽ uelut igne firma-  
 tur. Vasa em̃ figuli pbat fornax, sicut alio loco scriptura dicit, & homines iustos tẽtatio tri-  
 bulationis. Et lingua mea adhãsit faucibus meis. Potest qdẽ silentiũ eius significatũ uideri, *Ecc. 27*  
 qd & propheta cõmẽdat cũ dicit, Sicut agnus corã tõdẽte fuit sine uoce. Sed si linguã eius, *Esa. 53*  
 os in eius corpore quod est ecclesia intelligamus, per quod suũ loquitur euangeliũ, tũc eius  
 faucibus adhãret, cum à pceptis eius non recedit. Quod uero sequitur, Et in puluerẽ mor-  
 tis deduxisti me, quomodo capiti coaptabitur, quãdo quidẽ corpus eius, quod tertia die re- *Act. 2*  
 surrexit, nõ est utiq; in puluerem dissolutũ? Nec aliter exposuerunt apostoli, quod in alio *psal. 19*  
 psalmo positum est, Neq; dabis sanctum tuũ uidere corruptionem, nisi quia eius caro non  
 est corrupta, quae tam celeriter resurrexit. Vnde item in alio psalmo dicit, Quae utilitas in *psal. 29*  
 sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut an-  
 nunciabit ueritatem tuam? Hoc scilicet dicẽs, q; si eo modo quo & ceteri mortuus dimitte-  
 ret in puluerẽ, & caro eius resurrectioni ultimae seruariẽt, nulla esset utilitas in sanguine eius,  
 qã nihil prodesset mors eius, nec annunciaretur ueritas dei, quae illum cõtino resurrecturũ  
 esse praedixerat. Quid sibi uult ergo quod hoc loco ait, Et in puluerẽ mortis deduxisti me?  
 Nisi corpus eius accipiamus ecclesiam, in qua illi qui pro eius nomine passi sunt uel patian-  
 tur, non ita ut ipse cito resurgunt, sed in mortis puluerem deducuntur, tunc resurrecturi,  
 cum illud tempus uenerit, de quo in euangelio dicit, Veniet hora quando omnes qui in mo-